



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sent. ij. Ioan. xx. Vade ad fratres meos &c. lxx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

## SENTENTIA II. Ioannis 20.

Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum.

## PARACLESIS.

## CAPVT

LXX.

Ioan. 15.

1. Ioan. 3.

Rom. 8.

**Q**Vos primùm amicos, nunc fratres vocat: ut fraterni nominis appellatio confidentiam adderet. Ob cuius quoque confidentia augmentum, cum dixisset: Vado ad Patrem meum, & Deum meum, adiecit: & Patrem vestrum, & Deum vestrum: significans, iam verè illos sibi esse fratres, utpote qui secum unum haberent communem Patrem atque Deum. Hinc dulcissima illa D. Joannis sententia: Videte qualem charitate dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur & simus. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus: quoniã videbimus eum sicuti est. Paulus verò ait: Si filij, & heredes: heredes quidẽ Dei, coheredes autem Christi. Vide autem Christi maximã in peccatores benignitatem & mansuetudinem. Non dicit: Vade & dic perfidis discipulis meis: vade & dic periuuro Petro: sed dic fratribus meis. nimirum ostendere voluit, nullum peccatum adeò atrox esse & graue, quod non possit veniam accipere, modò vera ac seria adsit pœnitentia.

## SENTENTIA III. Roman. 4.

Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

## CAPVT

LXXI.

Ambros. in  
Epist. ad Romanos.

## PARACLESIS.

**C**redentes Christum Dei esse filiũ, à Deo adoptamur in filios. Nihil enim ultra potuit donare credentibus, quam ut filij Dei dicantur. Nos autẽ filij Dei

vocat